

LICENCIA DEL ORDINARIO.

**N**OS el Licenciado Don Garcia de Velasco Vicario de Madrid, y su partido, por el presente, y por lo que à Nos toca damos licéncia para que se pueda imprimir el libro intitulado *Tractatus de perfectione Voluntatis Testamento requisita*, compuesto por el Licenciado Don Fernando de Escaño, atento estamos informados que en él no ay cosa contra nueſtra fanta Fe, buenas, y loables costumbres. Dada en Madrid à 30. de Enero de 1665. años.

El Licenciado Don Garcia de Velasco.

Por su mandado.

Pedro Palacios, Notario.

SVMMA DEL PRIVILEGIO REAL.

**T**iene Privilegio del Rey nuestro señor el Licenciado Don Fernando de Escaño, del Consejo de su Mageſtad, y Oydor en la Real Audiencia de la Ciudad de Manila, Provincia de Filipinas, por tiempo de diez años para poder imprimir este libro intitulado (*Tractatus de Perfectione voluntatis Testamento requisita*) como mas largamente consta de su original, y el dicho D. Fernando Escaño dio poder, y dicho privilegio à Francisco de los Rios Mercader de libros desta Ciudad de Sevilla, para que en su nombre pueda imprimir dicho libro.

TASSA.

**M**iguel Fernandez de Noriega, Secretario del Rey nuestro señor, y su Secretario de Camara mas antiguo de los que residen en el Consejo, certifico, que aviendoſe viſto por los señores del este libro intitulado *Tractatus de perfectione voluntatis Testamento requisita*, compuesto por el Licenciado D. Fernando de Escaño, que con licencia, y privilegio de dichos señores fue impresso, tassaron cada pliego à 8. mrs. Y para que conste doy esta certificacion en Madrid à 1. de Junio de 1665. años. Miguel Fernandez de Noriega.

CEN-

CENSURA R. A. P. M. F. BARTOLOMEI CAMV-  
 ñas Carmelitæ, Antiquæ Observantiæ Regularis, Prioris  
 Conventus Matritensis, & Procuratoris Generalis in Provin-  
 cijs Hispaniæ, Olimque Provincialis Provinciæ vtriusque  
 Castellæ eiusdem Ordinis, nec non S. Inquisitionis  
 Consultoris



**C**um vidissem librum mihi commissum cuius ti-  
 tulus *Tractatus de perfectione voluntatis testamento  
 requisita, &c.* Authorem auidus requisivi, & cū  
 D. Licenciatum D. Ferdinandum de Escaño

comperissem eius opus antea, *Propugnaculum* (scilicet) *Hieroso-  
 lymitanum Sacra Religionis Militaris Sancti Ioannis Hierosoly-  
 tani militia regularis per lustraveram*, Profecto non me Cen-  
 sorem, sed familiarem, animo discendi, scrutatorem anxium  
 iudicavi. Ea namque fortunatissima luce calamum in suis  
 scriptis Author movet, vt merito illud de sapiente scilicet elo-  
 gium Casiodori accommodandum duxi. *Gloriosa est* (inquit)  
*scientia litterarum, quia quod primum est in homine, mors purgat, Casiodorus*  
*quod secundum verborum gratiam subministrat, ita utroque beneficio 3. Variar.*  
*mirabiliter ornat, & tacitos, & loquentes. Ducantur ergo ad penetra-* 33<sup>r</sup>  
*lia libertatis laudati merito suo, ornati iudicio nostro, habituri sine du-*  
*bio gravissimum Senatū, quorum ars est facere de ingrato benevolū,*  
*de suspecto placatum, de austero mittem, de adversante propitium.* Ea  
 gravitate, ac studiorum fulgore micat ornatissimis; vt scin-  
 tillantium litterarum acumen ingenia sine invidiæ morſu  
 commoveat, peccatum quippè legentium animum opus re-  
 linquit, & cum alij emulationis dente gemiscant, hic Au-  
 thor turbulentam invidorum rabiem feremat. Tali magiste-  
 rio docet, tali doctrina lenocinatur, vt nemo Supremum Se-  
 natum tantum Magistrum conscendere non meruisse con-  
 clamitet. Scatet opus vividis eruditionis fluentis, emicat  
 miris studiositatis scintillis; nec sibi Author gloriam ad-  
 aptat, sed legentibus dulcia pocula sub ministrat: protela-  
 to documento discentes obarmat, vt cum Casiodoro ap-  
 titius iterum scriptorem depingam. *Armarium* (inquit) 14. *variar.*  
*ipſius, fortuna cunctorum est, & merito refugium omnium dici-* 11.  
*tur, vbi vniversorum securitas invenitur.* Hic vnde discant,

Iurisprudentiæ factores habent, unde arma ad adversario-  
rum tela confringenda colligant, unde iura claritatē exhau-  
riant. Et ut muneri Censoris satisfaciam, non solum contra  
fanam Doctrinam, & bonus mores aliquid expungendum  
non continet opus, verum ut communi vtilitati maxime pro-  
ficiam iure prælo mandandum iudico. In Conventu Carme-  
litarum Observantiæ Martii die 29. mensis Ianuarij. Anni  
Domini 1665.

*Fr. Bartolomeus Camuñas.*  
**CENSURA LICENTIA D. IOANNIS DE GILES**  
Pretel Curia Regia causarum Patroni, Sancti Officij Inquisitionis  
(Hispalensis, & Cordubensis Consultoris, nec non in Capitulis, & Assem-  
breis Sacrae Religionis Divi Ioannis Hierosolymitani  
Assessoris.

**D**E mandato Supremi Senatus, vidi & attentè legi, &  
diligenter perlegi librum, cui titulus adest, de perfe-  
ctione Voluntatis Testamento requisita, Authore Licentiat. D. Fer-  
dinando de Escaño. I. C. Hispano, & in Regio Hispalensi Sena-  
tu causarum Patrono, & in eo varias quæstiones adinveni-  
vtilis valdè, & doctrina, eruditione, & varijs Iurisconsultorū  
iudicijs (non modico studio) illustratas: vtilis est tractatus  
iste: ex quibus censeo, concedendam fore licentiam, quam  
Author exposcit, ut Typis mandetur. Datum Martii die se-  
cunda mensis Martij, Anno Domini 1665.

*Lic. D. Ioannes  
Giles Pretel.*

**D. FERDINANDI DE ESCAÑO, ELOOQVEN-  
tissimi Iurisperiti, & forensium causarum disertissime Pa-  
troni, Sacri Ordinis Militaris S. Ioannis  
Advocati Titularis.**

**ENCOMIUM.**

**A D. Fr. MICHAELE MORENO ET ARANDA,**  
Hierosolymitano, Parrochialis Ecclesie S. Ioannis de Acre Hispa-  
lensis, & Conventus Monialium S. Elisabet, & Oppidi de Tosina, &  
Robaina, Vicario Generalis

**Scriptum.**

In quo Authoris Peritia, Lucubrationum suarum vtilitas, & præ-  
mium illi debitum, designantur.

**S**cripsisti (Sapientissimè Magister) Propugnaculum  
Hierosolymitanum, librum quidem omnibus Mili-  
taribus apprimè necessarium, Militiæ Regularis  
lumen, præclari mei Ordinis S. Ioannis Speculū,  
Pratum fluens floribus, Hortum plenum fructibus, sed non  
omnibus iurisperitiæ Professoribus indigenū, sicut Testamē-  
torum Corona, Diadema, & perfectio, quam in hoc libro  
incommunem vtilitatem nunc liberalis offers. Ea ergo sa-  
pientia doces Theoricæ iurisprudentiæ Dogmata, ut in  
Academijs Magistrum te proclamant omnes, sed Practicæ  
Antesignanum, & advocatorum Principem mirentur:  
Practica enim semper ex nimia peritia procedit, ut fa-  
tetur Philosophus, & parum prodest habere Theoricam  
absque praxi; distat ergo sicut tactus à visu intellectuali,  
nam per Theoricam videmus, sed per Practicam digestos  
cibos gustamus; tunc quidem sapiunt leges, cum ex illis  
decerpuntur fructus in scholis enim de gluduntur, in Pa-  
latijs verò digeruntur, & magis se exercet practicans, quam  
legens Theoricam, cum scire in legali scientia non sit prop-  
ter scire, sed propter operari, & rem ad praxim reducere ni-  
hil aliud est, quam de arbore fructum colligere. Hec ope-  
ratus es feliciter (Ferdinande) Theoricæ Flores, & Practicæ  
fructus continet liber, qui studentem ab ignorantia li-  
beraverit, Vas plenum Sapientiæ, Doctorum honorificen-  
tia

Hipolit. in  
pract. crim.  
S princ. n.

4. mi. vol. 1.  
Angel. cōf.  
100. n. 4.

Bald. in l.  
Emilius ff.  
de Minor.  
Gratian.  
discept. fo-  
rense. c. 186.  
num. 12.

Cevallos  
in Prefat.  
ad pract. ex  
num. 7.

Seneca in  
Hercule fu  
rete & tra  
ged. 4.  
1. laudabile  
4. C. de Aa  
vocat. div.  
ind.  
Authent.  
de iudicib  
§ vetus col  
lat. 6.

1. 2. C. de ad  
voc. div.  
ind.

Casiod. lib.  
8. variar.  
Epist. 12. et  
18. et lib. 1.  
Epist. 4.

Fr. Prudē  
cius de Sā  
doval in  
sua historia  
Perez de  
Lara de vi  
ta hominis  
c. 30. n. 12.

Solorzan.  
de iur. In  
diar. tom. 2  
lib. 4. c. 4. n.

8. Eccles. c.  
10.

Casiod. lib.  
2. Epist. 16.

tia, advocatorem Decus, Civitatis quin, & Regionis totius  
Oraculum verum cum omnibus Peritia tua commoda af-  
ferat crudelitati proximum erit, virtuti tuæ eximia præ-  
mia sequestrare; sed ò fortuna viris invida fortibus, qua  
non æqua bonis præmia dividis, res humanas ordinē nulo  
Fortuna regit, spargitque manu munera cæca peiora fo-  
vens: cum laudabile vitæque hominum necessarium Ad-  
vocationis officium maximè Principalibus præmijs oport-  
teat remunerari; vt fecisse fertur Iustinianus Imperator, in  
& Magistratus præponebantur; & Anastasius, deposito Ad-  
vocationis munere, clarissimi primi ordinis Comitibus per-  
frui Dignitate, concessit Advocatis, & Athalaricus Rex ex  
Collegio Advocatorum semper Senatores eligebat, Quia  
te Advocationis Campus exercuit (in eius personam scripsit  
Casiodorus) te iudicij nostri culmen elegit. Et alibi: Nunc cau-  
sas gloriose iudicas, quas laudabiliter perorabas: asideat tibi pro-  
pria, & exercitata doctrina, modo est felix, & certa conditio ne-  
gotiorum, quando ille sententiam dicit, qui non potest ignorare quod  
eligit. Quod, & in Hispania diu observatum est; præcipientem  
ita Invictissimo Carolo V. Imperatore, eiusque successo-  
ribus Catholicissimis Monarchis, Iustitiæ, Æquitatis  
cultoribus eximijs. Dicitur enim ratio, vt ex hominibus in  
foro versatis Senatores eligendi sint, non ex tyrunculis, &  
in expertis, quia sicut bonus Miles non est, qui nunquam  
in acie stetit, nunquam castra vidit, nunquam tubarum  
sonitum nisi spectaculis audivit, sic neque iuriconsultus  
dici valet, qui nunquam egiit causam, nunquam forum,  
nunquam vllum iudicium aspexit, nunquam vel mini-  
mam vllius publici muneris partem attigit. Si enim sa-  
piens tantum iuste iudicat populum suum; & sapientia  
omnibus dominatur, in nullis maior datur, quam in ex-  
pertis Advocatis, qui multis annis forum sequentes, Iuris-  
prudentiæ Patres, & veri cultores existunt. Quam obrem  
merito iam à supremi Indiarum Consilij Camara Regia,  
& patribus Conscriptis Maiestati Regiæ ad Senatoriam  
Dignitatem novi Orbis consultus fuisti, vt fructu labo-  
rum, & virtutis potiaris, nutriunt enim præmiorum exem-  
pla-

pla virtutes, & habet quemdam aculeum contumelia, quem pa-  
ti boni ac prudentes viri difficilime possunt. Sed hæc, & pluri-  
ma virtutis tuæ ornamenta refferre suspectum me redunt (Sa-  
pientissimè Heros sed tibi gratum fore ob tot tantaque benefi-  
cia in me, & totius mei ordinis Hierosolimitani cōmune col-  
lata) nemo nisi invidus damnabit; sit ergo tibi Fortuna fabora-  
bilis, sicut virtus tua eximia est, quod si invida præmia denega-  
verit, tene mēti, quod si advocatorum ars molestissima sit, quæ  
nec somnum patitur nec quietem. Deo, & hominibus acceptis-  
sima est; qui ergo dirimunt ambigua fata causarum, suæque de-  
fensionis viribus in rebus scēpè publicis ac privatis, lapsa erigunt  
fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam  
si prælijs Patriam, parentesque salvarent; & meliorem vitam  
agunt, quam fratres Mendicantes, ea igitur Chatholice, & pie  
peracta, gloria nobis parata est, humana cuncta fumus, umbra,  
vanitas, & scēnæ imago, & verbo vt absolvam, nihil. Vale  
Hispani die 15. Maij 1675.

Licenciāt. D. Fr. Michael  
Moreno & Aranda.

Ad Lectorem.

EN (candide Lector) tenes secundum lucubrationum mearum opus, post  
quam enim Propugnaculum Hierosolymitanum typis dedi, hunc  
tractatum, qui ex Theorica, & Practica Iurisprudētia in materia vltimarum  
voluntatum componitur, in lucem edere decrevi. Alia autem volumina iam  
pridem mente concepta, & ardent concupita studio, Deo dante, aggrediar  
conscribenda, vt tractatus de Locatione ad vitam, quem inceptum habeo,  
motus ex eo, quod in Advocationis exercitio plures iuris allegationes huius  
contractus scripsi, ob frequentem vltim, & consuetudinem huius Civitatis  
Hispalensis; item selectarum iuris allegationum: sed vita est brevis, Iurispru-  
dentia scientia difficilis, ars Advocatorum molesta, in curia Typographorum  
huius Provinciae non exigua, sumptus librorum excessivi, & fortuna fortibus  
viris invida, quæ animum sæpè cōturbant, vt literarum vberimos fructus nō  
colligam, & in communem vtilitatem exponam. Sed virtus, & labor omnia  
vincit, & nihil difficile factō Deo favente. Hispani die 15. Junij 1675.